Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De poenitentia - Cod. Ettenheim-Münster 259

[S.l.], [18. Jahrh.]

Quaestio prima

urn:nbn:de:bsz:31-128461

Visual Library

259

vidi et probavi D. Ferris

Tractatus de Pœnitentiâ.

In hoc pœnitentiæ Sacramento, quod alterâ est post naufragium tabula eidem methodo quam anno proxime elapso in tractatibus de Sacris in genere et de eucharistiâ, adhibuimus, etiam hoc anno juvat insistere: quæstio itaque erit. imo de nomine et definitione Sacramenti pœnitentiæ. 2do de ipsius existentia et necessitate. 3tio de ipsius essentia, sive de partibus ipsum intrinsece componentibus 4to denique de ipsius effectibus.

Quæstio prima
De Nomine et Definitione
Sacramenti pœnitentiæ

Primo pœnitentia duplici sub aspectu considerari potest, vel quatenus est virtus scilicet, vel quatenus est sacramentum. pœnitentia quà est virtus duplex distinguitur, habitualis, et actualis, ista est actus odii et doloris de peccato commisso, cum proposito placandi deum et non peccandi de cætero, illa, habitus est inclinans ad odium et detestationem peccati commissi cum proposito placandi deo et non peccandi de cætero. hoc ultimo sensu pœnitentia dici potest

virtus generalis, quia tunc abstrahit à quolibet doloris motivo, et respicere potest ad quamlibet virtutem; nam dolor de peccatis commissis potest ex motivo proprio cujuslibet virtutis v: g: religionis, spei, charitatis, etc: unde cum omnes actus virtutis specificentur à motivo, sequitur eum doloris actum pertinere posse ad quamlibet virtutem, ac proinde generalem esse. Primo à sensu eadem poenitentia est virtus specialis, si fiat cum proposito placandi Deum ex motivo honestatis, quia tunc motivum habet speciale, scilicet motivum honestatis in ipsa Dei placatione et injuriae Deo illatae compensatione elucentis.

Hac autem virtus poenitentiae species est justitiae commutativae non quidem simpliciter dictae, quae inter aequales est, sed ejus, quae secundum quid justitia apellatur, ut ait divus Thomas part. 3 quaest. 85 art. 3 in corp.; etenim quamvis virtus poenitentiae inter offensam Dei et satisfactionem nostram eam nunquam constituat aequalitatem, quae a plerisque ad justitiam commutativam requiritur, constituit tamen commutationem aliquam, cum pensatione quadam, quae cum fiat juxta intentionem et voluntatem personae laesae, sufficit ad justitiam commutativam secundum quid.

Caeterum ratio virtutis ita connectitur cum ratione Sacramenti in poenitentia, ut hoc sine illa prodesse non possit, neque virtus poenitentiae prodesse potest sine Sacramento vel ordine, et relatione ad illud, nec Sacramentum sine virtute, ex qua ipsius partes essentiales sunt.

2do poenitentia nomen habet à poena* tenendo ut ait
S. August. tomo 6. ultimæ editionis c. 19 ... poenitere
inquit, idem est ac poenam tenere, ut semper homo
puniat in se ulciscendo, quod commisit peccando.
unde juxta hunc sensum poenitentia capitur hic id est
poena et exhibitio, quam in vindictam et expiationem
malè actæ vitæ ultro sibi imponit peccator ~~3tio~~
3tio poenitentia à græcis vocatur Metanoia quod
idem est ac mentis mutatio, resipiscentia; venit à
verbo Metanoein quod significat iterum cogitare:
ex qua significatione concluserunt novatores totam
poenitentiæ rationem consistere in sola mentis mutatione,
hoc est, in proposito novo melioris vitæ inchoandæ,
sine ullo odio aut dolore de peccato jam commisso.
et de malo; ista est voce abutuntur novatores,
ut observat Lactantius l. 6. institutionum c. 24 ubi
ait ... his quem facti poenitet errorem suum pristinum
intelligit, ideoque græci melius et significantius Me-
tanoian dicunt, quam nos possumus resipiscentiam
dicere. resipiscit est ac mentem suam quasi ab insania
recipit quem errati piget, castigatque seipsum dementiæ,
et confirmat animum ad rectius vivendum, tum illud ipsum
maxime cavet, ne rursus in eosdem laqueos inducatur.
unde planum est vocem Metanoian non significare
solum propositum melioris vitæ, sed et odium et do-
lorem ante actæ vitæ.
Dicitur etiam à græcis exomologesis, quæ vox significat
integram poenitentiæ actionem et finita poenitentia
gratiarum actionem etc. Dicitur etiam epithimion id est
poena, mulcta. ex quibus obiter patet, poenitentiam in

Sua notioe propria secum involvere, scilicet imo resipiscentiam, sive prioris vitæ mutatioem, 2do odium et detestatioem ejusdem vitæ prioris. 3tio expiatioem, sive punitioem prioris vitæ libere susceptam. unde nascitur plena virtutis poenitentiæ notio sive evolutio, scilicet poenitentia qatenus virtus definiri pt.. virtus qa hoo movetur ad firmu melioris vitæ propositum, ad odium et detestatioem ~~vitæ~~ peccati, et illius vindictā in compensatioe injuriæ Deo illatæ.

4to poenitentia qatenus Sactum, de qo solo nobis dicendum erit, ē Sactum â Cto Dno institutum, qo per juridicam sacerdotis absolutioem, hoi contrito et confesso remittuntur peccata post baptismum comissa.

hæc definitio legitima ē, obs ē gaudet dotibus ad veram et genuinam definitioē requisitis. dt.

Dici ē imo Sactum, qd vox locu tenet generis in definitioe, scilicet poenitentia qatenus ē Sactum, convenit cum cæteris novæ legis Sactis.

dici 2do per juridicam sacerdotis absolutioē, qæ verba tenent locu differentiæ, ea oā enuntiant, qæ pertinent ad naám Sacti poenitentiæ. primo hæc verba.. per juridicam sacerdotis absolutioē enuntiant et ministerium ecclesiæ, qod traditu fuit solis presbyteris pro remissioe peccatorum, et modum ministerii exercendi, scilicet in poenitentia sacerdos tanqam judex constituitur ad remittenda peccata, ex potestate clavium sibi idcirco tradita, nā āt ad declaranda ea ēē remissa. 2do hæc verba.. hoi contrito et confesso enuntiant ea qæ necessaria sit

Ex parte subjecti, scilicet contritiōe et confessiōe duas ē poenitentiæ partes in poenitente maxime necessarias; quemadmodū q̄ō in ministro necessaria ē juridica sententia remissiōis peccatorū. ita et necessaria in subjecto contritio, et confessio, sine qua minister partes judicis agere ī pōt. 3tiō hæc omnia peccata post baptismū commissa induunt speciale objectū, circa quod vim suam dumtaxat exerit poenitentia: hinc ex institutiōe sua ā baptismo differt, cujus objectū proprium ē originale peccatū, et accidentale, eaq̄ ōa peccata, quæ ante ipsum commissa fuerint. poenitentiam autem verū ē novæ legis sacramentum patebit ex sequenti quæstiōe

Quæstio 2da
De Existentia et necessitate Sacramenti poenitentiæ

Duo hic occurrunt capita investiganda nimirū existentia Sacri poenitentiæ in nova lege et ipsius necessitas.

Caput 1mum
De Existentia Sacramti Poenitentiæ

primo inter Sacri poenitentiæ hostes aliī sūt qui ipsam indirecte aggressi fuerunt, alii directe et quasi fronte, inter illos præcipui sūt Montanistæ, et novatiani, Montanistæ existimaverunt deum